792 # Judex Terrae Premisliensis et Wapowskie Coniuges Roborant.

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus Castren. Capit. Premislien. Generosi Caspar Woiakowski Judex Terr. Premislien. ab una et Carolus de Radochonce Wapowski atque Zophia de Kossobudy Coniuges legittimi parte ab altera sani mentibus et corporibus existen. a Terris districtibus dominibus Jurisdictionibus suis quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quoad Assumptionem attinet se suosque Successores bonaque sua quaevis omnibus totaliter et plenarie incorporando et subiiciendo. Palam libere publice atque expresse sunt recognouerunt et quilibet illorum suo interesse recognouisse. Quia ipsi equidem Generosa Wapowska Consors cum eiusdem Generosi Mariti sui Vnitate Coniugali personaliter Astante et Vltroneo ad Infrascripta recognenda consensu. Sibi mutuo et vicissim vna pars alteri cum posteris vtriusque partis se ac suos Successores in et super bonis suis quaevis omnibus Summisque pecuniariis quibusuis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus Intercisam certam inter se Regnantes ratione seruandi tenimento conditionum in eadem Intercisa contentarum de effectu exaratam … Sic Premisliae die hodierna in actu contenta confectam et consensu manibus regnantium ab vtrinque subscriptam propriis … sub vadiis Terrestribus simpliciter absque Corporali Juramento taxatis firmiter in omnibus et singulis eiusdem Intercisae conditionibus punctis clausulis articulis vadiis Terrestribus … ac Legibus quaevis vnus firmiter tenere et complere exequi ac inuiolabiliter obseruare. omnibusque et singulis eiusdem Intercisae contentis tam in parte quam in toto … quotiescumque opus fuerit satisfacere Intercisamque … ad Inscriptionem praesentem Roborationem et Inscriptionem praesentem Roborationis ad praefatam Intercisam vicissim in toto referendo. Atque sub vadiis Terrestribus simpliciter absque Corporali Juramento taxatis et dicendo parti contrapartini Successoribus vtriusque partis ob non completionem omnium et singulorum

Intercisae.

Intercisis praefati Contentorum tam in toto quam in quavis minima parte
toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo Pro quibus 793
quidem damnis Terribus modo praemisso ad solvendum succubitis ac
re aliqua pariter ex praemissis intercisis praefati Non completis Completis Cita
ta ex nobis pars una praemissa Non tenens sive eius posteri ad instantiam par
tis alterius praemissa tenentis sive eius posterorum ad officium praesens
Castrensis Capitanei Premisliense ex tunc recessu sustinendo quoad respon
dendum spectat Mediante semper in primo citationis termino tan
quam peremptorio stare Juri parere respondere Damna praefata
Terrestria absque Juramento Corporali simpliciter taxata luere Inscriptioni
praesentis satisfacere ac omne Judicatum pati debebit et tenebitur
seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praedictum Illum
primum terminum semper peremptorium et alios omnes exinde
Consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infir
mitate pro maiori Minorennitate Successionis legatione Intra
vel extra Regnum Servitio Militari ad monimenta ad evictionem
vel alias quibuscumque dilationis et legalibus impedimentis Non disse
rendo ad apprehensionem Ultra proximos officii praefati Castrensis Capitanei
Premisliensis terminos dilationem sibi non recipiendo Nullasque motiones
appellationes ac earum prosecutiones faciendo ad praemissa omnia poenis
Amplicibus vel triplicatis evasionis suspensionis fatalis Juris praescriptione
terrestri bello Conventione neque ac aliis quibuscumque Juris remediis
et defensis Non subterfugiendo Nec modo quovis evadendo Ipsis
suis praesentibus personalibus recognitionibus ad praemissa omnia mediante 4/VI 1661

Actum in Castro Premisliensi Sabbatho post Dominicam Exaudi proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Primo